

*Arigonus* breviter dixit, laudavit et approbavit.

*Vicecomes* dixit quaedam supra capitibus, laudavit et approbavit.

*Hortatus* est Sanc.<sup>tem</sup> Suam ut fortiter agat et perseveret.

*Tuscus* dixit, quod hic non agitur de re parvi momenti, sed de libertate et immunitate ecclesiastica, more jurisconsultor. allegando textus, multa dixit circa singula quatuor capita, sed tandem laudavit et approbavit.

*Bellarminus* dixit postquam S.tas S.a induerat personam patris sine fructu, necesse erat ut indueret personam judicis, nec pericula timorem incutere debent, quia sunt Deo relinquenda, cuius res agitur, haec docent Sanc.<sup>ti</sup> Suae exempla majorum.

*Seraphinus* dixit: Sive expectemus pietatem S. V. pro consecranda disciplina libertatis ecclesiasticae, sive expectemus paternam charitatem. . . . . sive expectemus. . . . . rigorose esse.

*Gimnasius*. . . . .

*Zappata* ecclesiastici sub Venetis sunt peioris conditionibus quam Hebraei sub Pharaone, quare sum in omnibus in voto S. V. nisi quod terminum 24 dier. dicerem, esse abbreviandum.

*De Comitibus.* Constitutionem istam Venetorum contra libertatem ecclesiasticam pugnare et omnem Apostolicæ Sedis dignitatem et auctoritatem destruere, nulli dubium esse potest; hoc constat non solum ex constitutionibus apostolicis et Sanctor. Concilior. decretis, verum etiam legibus imperialib. et alior. Regum et principum; quare non sint maxime divini numinis offensione ulterius dissimulari vel differri posse, satis sufficiens clementia et Sanct.is V.rae charitas apparuit, toties ipsos interpellando, tamdiu expectando, et tandem 24 dies terminum ad resipiscendum ex sua benignitate assignando. Deo gratiae sunt agendae qui talem Pontificem nostris temporibus nobis dederit, qui aetate et valetudine fortis suae virtutis pondere et zelo collapsam fere libertatem eccl.cam sedis Apostolicæ auctoritatem in pristinam dignitatem et splendorem et velit et possit. . . .

*De Bubales.* Cum ex relatis a San.<sup>te</sup> vestra satis constet....  
subscribo.

*Vicentinus* . . . .

*Pamphilius* . . . .

*Monopolus.* Non possum non annuere.

*Burghesius*. . . . annuit.